Quaestio Quodlib. agit. In Schol. Medicor. die 7a ~~Decembris~~

Claudio Boyuin Moderat.re

An Continentib. Contentis, et Impetu facientib. Corpus human. absolvitur?

E Duobus Seminibus ac Sensibilibus generationis Nostrae Principiis, et si diversae parentis utriusque, semen ex omnibus membris minime deciduum, sed partim in vasorum seminariorum amfractibus, partim in testibus ipsis generari solitum, vim habens membrorum omnium effectricem: sanguis vero menstruus et frigidior imperfectiorque, cum illius quod ex alimentorum reliquum est nimis dissentientis naturae promanans, proindeque sola quantitate excrementum vilis generis videatur. Nihilominus tamen ex seminis natura a procreatore spiritu varie subacta editum est solidarum partium prima constitutio fundamenta, rudiaque, dum lineamenta non secus quam in mulierum ... generis omnium, ex utroque, quotquot sunt in humano corpore membra (non omnia tamen simul) generari.

Cum primum enim semen ab utero, tanquam foecundissimo naturae humanae arvo conceptum est, hepar visceris in calore cordi proximum, primaque virtutis naturalis sedes, deinde cor caloris fons et effectus vitalis: postremo cerebrum partium sanctissimum et facultatis animalis arx procreatur. atque interim dum hae tres partes principes conformantur, simul fiunt quae illis serviunt, aut illarum custodiae dicatae sunt venae, arteriae, cartilagines, nervi, ossa et caetera id genus quae Continentia nominantur.

Ubi autem perfectum jam per mesenterii venas alibilem chyli portionem traxit, eaque decoctam [filij] insito calore in quatuor succos convertit, sanguinem, pituitam, et utramque bilem, sicque perfecta chymosi ... faciat officium ... si ... si fel hepati suffosita vesicula trahat, ducti succi venas et arterias puri perlabuntur, et (donec paulatim ad partium nutritionem in quatuor improprie dictos humores commutentur) illis continentur, indeque Contentorum nomen sortiuntur.

Porro postquam ex eorum humorum benigno, suavique halitu una cum aere inspirato spiritus vitales in sinistro cordis ventriculo geniti sunt, in omnes partes impetu feruntur per arterias, evanidamque in illis atque dissipabilem ... spiritus ... reparant, suntque facultatis vitalis instrumentum, cumque eorumdem pars altera per carotidas ad ventriculos usque cerebri perducta est, cum aere naribus attracto spiritus animales generantur, qui protinus in nervos prorumpunt, quosdam eorum totos penetrantes, reliquos radii instar illustrantes, unde jure meritoque Impetum facientia vocantur.

Tribus illis partibus (inquam) succis atque spiritibus humanum corpus anima (non ex seminis parentum educta, sed in id infusa caelitus) informatum ad actiones omnes tam physicas quam ethicas quibus, dum in terris agit, editus natum est, promovetur. hinc nutritio, accretio, procreatio, cupiditates: hinc pulsus, ira: hinc sensus, motus, voluntas, quae omnia ita demum tribus illis perficiuntur, ut in ipsis vacare nihil, nihil praeter illa in humano corpore desiderari posse videatur.

Ergo Continentib., Contentis, et Impetu facientibus Corp. humanum absolvitur.

Asserebat Gaspar Brayer Castrotheodoricus. 1588.

Dni Doctores disputaturi.

M. Petrus Piart.
M. Sulpitius Rigault.
M. Joannes Le Pescheur.
M. Jacobus Marent.
M. Petrus De la mer.
M. Barthelomaeus Perdulcis.
M. Martinus Akakia m. et Pr. Reg.
M. Henricus De monantheuil Pr. Re.
M. Antonius Duval.

B.M.P.